



A 5709.

Lōputus novus ⁊ ecclesiasticus: totius

fere Astronomie fundamentum pulcherrimum con-
tinens. Clerico non minus utilis q̄ neces-
sarius: cum additionibus quibus-
dam nouiter apressis.

* * *

Anno. 1519. Venetijs in Edibus
Petri Liechtenstein.

Ad Vnem P. P. Mir. S. Francisci Schubertshausen


pro Bibliotheca

~~DVPLVM
BIBLIOTHECÆ
R. MONAC.~~

[Faint, mostly illegible text from the reverse side of the page, appearing as bleed-through.]

376 Astr. 1335

Panz. VII. 756. 978



C litteram dominicalem ad annum propositum scire si cupis.
In littera d rotule exterioris circa crucem posita. 1 5 1 2. nume-
 rare pro annis futuris dextrosu[m]: et preteritis sinistrorsu[m] inci-
 pe: tunc tibi in loco anni tui propositi littera dominicalis occur-
 ret. Si vero due littere tibi occurrerint: annus talis erit bisexti-
 lis. Cuius littera prime rotule ad festu[m] Mathe apli. Alia aut lit-
 tera secunde rotule in sequenti parte anni p littera dnicali cõputa-
 bis. Sic pariformiter aureu[m] numeru[m] ani ppositi in tertia rotula
 in nũero. 1 2. ppe lineã crucis. 1 5 1 2. numerãdo tuenies et aure⁹
 nũerus in loco quo tuus nũerus ppositus repiret anni ppositi tibi
 occurret. Eõsequeter i q̄rta rotula iteriori iditione Romanã
 anni ppositi eodẽ mō inuenies vt supra de alijs dictũ est. Et finit
 ta rotula aliqua numerando reincipiat quoniã ppetuo durabit.

P̄refatio.



Via optimorum philosophorum sententia est. Tempus esse
 optimum: quippe cuius iactura grauissima sit & irreparabi-
 lis videntur illi sine vite comprimis consulere: qui eius ob-
 scerniculo quid quaque vite parte agant: obseruare & sigilla-
 tum digerere consueuerunt. Id vero quantum in omni viuendi
 genere laude dignum est. Plurimum tamen illis & ornamento
 & emolumento addit: quibus ipsa temporum digestio plus necessaria est.
 Sacerdotibus dico: rerum spiritualium & omnino ecclesie orthodoxe ma-
 gistris: **Chusti** vicariis qui vtiuam & temporum distributionem: & festorum
 ordinationem ecclesie nostre consuetam & approbatam vituperabili segni-
 tie semota: diligentius edicerent: & rerum talium autores ac reformatores
Mathematicos diligentius colerent: ac obseruarent: quibus ecclesie splen-
 dor & concordia ea in re non parum debere videtur. Deinde artes huiusmo-
 di: quas fere solent exhibere: & religioni dissonas existimare scioli: & hypo-
 crite: tanto ardentius appetent: quanto ceteris sunt secundiores: & precibus
 suis orationibusque moderandis festisque mutandis: ut annorum curri-
 culo vario contingit: plus necessariae. Cum enim sit tempus mensura mo-
 tus se extendens & in ea que preteriere & in ea que futura sunt: ut **Pbiffici**
 sentiant. Quis obsecro sacrificulus presbiter se tempore posse recte obser-
 uare faceret: cui earum rerum ars & supputandi ratio ignota est: & desidia qua-
 dam nauseante reiecta. Errant hiis & a vero tantum absunt: quantum **Hy-**
panis Veneto diffidet **Eridano**: Qui motuum & magnitudinum disciplina
 que **Mathematicae** appellatur: religioni nostre nihil vel parum commodare:
 perperam autumant. Cum sit a primis illis ordinis nostri patribus: tem-
 porum per annum varietas & natura: in festis dispartendis summo opere
 disquisita: & ob id ad solis precipue motum quod proxime fieri potuit applicata.
 Quamobrem cum ea res per tot retro secula non nihil immutata sit: & pri-
 marie institutioni dissona. Vocatus erat super tribus annis **Ioannes de**
Monte Regio **Vienna** a Sanctissimo domino nostro **Sixto. iiii.** pro **Calen-**
dario reformando: quod dubio procul pro sui ingenii perspicacia incredi-
 bili prestisset: ni fato interceptus diem obiisset immature. Resipiscant igitur
 delirantes & errorum conscii animum instituent in melius: Lecturi vel
 hoc exite & rudimentarium opusculum quod intellexisse (si maiora eos ab-
 sterreat) satis erit: superque. Quo hec fere continent. De auro numero: de
Liclo inditionis: de **Liclo** solari. **Littera** dominicali. **Intervallo**: **Concur-**
rentibus. **Festis** mobilibus. **Forma** celi & ordine **spberarum**. De quatuor
 elementis. **Situ** & **motu** firmamenti & plerisque alijs plane necessarijs: que
 dum intellecta fuerint: iam tandem se quisque fateatur scire quod sacerdoti
 & religionis studioso sit omnium maxime necessarium.

Capitulum primum.

De Aureo numero.

Mille quadringenos ab anno deme salutis
His vnum cum annis octuagintaq; iunges
Numerum aureum residens cyclum edocet
Decem ⁊ nouem super hos cum excreuerint anni:
Hos totiens abijce: reliquum pro ciclo teneto.

C Pro declaratione huius. Sub trabe mille quadringentos ⁊ octuaginta-
unum annos ab anno tibi proposito: ⁊ quis numerus superfuerit aureum
ostendit tibi numerum. ⁊c. Uel sic. Annos pertransas dictos silentio: ⁊ nu-
merare incipias octuaginta duo octuagintatria. ⁊c. In digito vsq; ad propo-
situm tibi annum ⁊ quot vnitates ex tali numeratione prouenerint aureus
numerum siue cyclum lamarem tibi demonstrabunt. Circa quod vnum no-
ta. Cum supradictos annos vltra decem ⁊ nouem alij excreuerint: de pone
decem ⁊ nouem quotiens poteris: ⁊ illud quod vltra residuum fuerit au-
reum tibi cyclum indicabit: ⁊ ideo deponuntur decem nouem: q; cyclus luna-
ris vltra. 19. annos se non extendit.

C Facilius autem modo aureum numerum taliter inuenies. Adde annis
Lxxviii vnum aggregatumq; totum per. 19. diuidas: ⁊ quicquid restiterit
pro aureo numero teneas.

Capitulum secundum

De ciclo Inditionis

Cyclum qui cupis scire indictionis.
Mille quadringentos octuagintaduos: ⁊ deme annos
Residuus numerus cyclus erit inditionis.
Eum excefferint quind tollas reliquum retinendo.

C Declaratio. Subtrabe ab anno tibi proposito mille q̄dringentos octua-
gintaduos: ⁊ numerus remanens tibi cyclum ostendet inditionis. Uel alio
modo. Dos annos obmitte: ⁊ incipe numerare octuagintatria octuaginta-
quatuor. ⁊c. vsq; ad annum tibi propositum: ⁊ quot vnitates ad annum pro-
positum numeraueris: tot sunt cycli inditionis. Et cum talis numerus vltra
quindecim vnitates ex crescentiam petierit quindecim etiam abijce toties
quotiens poteris: residuum erit cyclus inditionis: q; iste cyclus in tot annis
videlicet. 15. vice altera renouatur.

C Facilius sic. Adde annis Lxxviii. ⁊ totum aggregatumq; per. 15. diuidas:
⁊ quicquid restiterit pro ciclo inditionis habeto.

Capitulum tertium.
De ciclo Solari

Mille tollas:quadrin quinqz septuaginta.
Quicquid superfuerit solis ciclum teneto.
Viginoceto si numerando sic superabis
Tolle quaterseptem:tene ⁊ quod accidit vltra.

CDeclaratio. Subtrabe ab anno tibi proposito. 1 475. annos et quod re
manferit post subtractionem talem:est cyclus solaris. Uel sic Nullam agas
numerationem cum annis p̄notatis: sed simpliciter numera. 76. deinde.
77. ⁊c. vsq; ad propositum annum ⁊ quot vnitates excreuerint ciclum So
larem tibi indicabunt. Et si ex tali subtractiōe vltra. 28. superauerint: has. s.
28. vnitates quotiens poteris abijce: ⁊ reliquum pro ciclo Solari teneto
CUel aliter. Adde annis christi. 9. et productum per. 28. diuidito: ⁊ quic
quid super fuerit cyclus Solaris erit anni propositi.

Capitulum quartum.
De littera dominicali.

Annum prebet g f: duo e. tria d: quatuor c.
Quinqz dat b a: sex g: septem f: octo autem e.
Nouem dat d c: decem b: vnd a: g duodecim
Tredecim f: quatuordecim d: quind c: sedecim b.
Septemdecim a g: ocdecim f: nodeccim e: d quoqz vigint:
Vigintunū c b: vigintduo a: vigintria g: vigintquatuor f:
Vigint quin e d: vigint sex c: vigintseptem b: vigintocto a.

CDeclaratio. Quicunq; sciueris ciclum Solarem: de facili litteram domi
nicalem inuenies iuxta metra p̄scripta: quia quodlibet metruꝝ circa eius
initium bisextilem annum notat. Prima enim littera ad festum Mathe
durat: altera totum annum reuoluit. Notat ergo clare in metris numerus
que littera sub eo ordinatur. Nam g f: sub vno: e sub duo: d sub tria vt pa
tet inspicienti. **C**Item textus p̄scriptus per sequentem scalam clare re
soluitur: semper enim in ea litteram dominicalem sub numero cicli So
laris reperies. Ad due litere sub vno numero reperte: annum bisextilem
notant: primaq; littera vim habebit vsq; ad festum Mathe: reliqua in fi
nem anni. Insuper in tali anno bisextili littera f: die Mathe apostoli ou
plicatur: festumq; ipsam apostoli vel p̄iori vel posteriori die celebrabitur
prout diocesis aliqua obseruare consuevit.

Li. so.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
Li. do.	g	e	o	c	b	g	f	e	o	b	a	g	f	o
Difer.	f				a				c				c	

Li. so.	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28
Li. do.	c	b	a	f	e	o	c	a	g	f	e	c	b	a
Difer.		g					b				o			

Capitulum quintum. De Interuallo.

1	2	3	4	5
Elephas a terra festinat bubulus extra				
6	7	8	9	10
Clericus facere decipitur gaudijs crebre				
11	12	13	14	15
Articulum degener gaman excellit adulter				
16	17	18	19	
Docceo barbarum egomet confidero nullum				
Littere interuallum notant ebdomadatum				
Si feria precesserit primam litteram uerbi				
Una septimanis superadditur dictis				
Cum postcedit littera sis contentus in illis				
Aut ipsa cum fuerit numerum haud variabis.				

DDeclaratio. Sicut aureus numerus extendit se ad. 19. ita 2 i his metris: 19. notantur dictiones: 7 vna queuis aureo numero accommodatur. Prima videlicet Elephas vnitati. Secunda videlicet a terra qualitati. 7c. Pre- scito igitur aureo numero: aspiciatur dictio sibi correspondens quia quot talis litteras habuerit: tot septimanas figurat interualli. Et hoc verum est si prima littera eiusdem dictionis littera dominicalis fuerit: aut vna ex his litteris que eandem sequuntur in ordine feriarum. Si autem vna ex prece- dentibus fuerit: tunc predictis septimanis vna hebdomada connumere- tur. Gratia exempli: si vnum fuerit aureus numerus: Elephas sibi correspō- det: 7 ipsa dictio. 7. in se litteras continet: que. 7. hebdomadas interualli ma- nifestat: 7 hoc si e: que est prima littera eiusdem dictionis: vel fg: que sunt sequentes: littera dominicalis fuerit. Si autem. a. b. c. vel. d. que sunt prece- dentes eam: littera dominicalis fuerit: tunc dictio septimanis vnam coad- iunges. Et sic octo erunt septimane.

Capitulum sextum. De concurrentibus.

Vnum. c. duas. d. tres dat concurrentes
Equatuoꝝ. f. quinqꝝ. g. sex. a. in super nihil
In bisextili concurrentes prima notantur
Secunda hebdomadas interualli figurat.

Declaratio. Quia interuallum duorum annorum pars est: sumens tamen nomen a posteriori quoniam a fine singula sunt denominanda. 2c. Sunt etiam 2 due eius partes videlicet concurrentes 2 septimane. Concurrentes quidem sunt dies superflui vltra septimanas: 2 sunt anni precedentis: scilicet dies a natali saluatoris vsqꝫ ad dominicam proximam que sequitur. Et si a littera dominicalis fuerit: concurrens dies nullus celebratur: sed integre septimane. Si. b. dies vnus. c. duo 2c. Hebdomade aut alia pars sunt: scilicet precedentis 2 sequentis anni: hoc est a dominica que sequitur natiuitate domini vsqꝫ ad dominicam Estomibi. In anno autem bisextili duplex est modus que rendi interuallum: per primam enim litteram dominicalem concurrentes: per secundam vero septimane intelligantur.

Subsequens tabella pro Interuallo commodissime adiuncta est.

Ann. nu.	0	1	2	3	4	5	6	Locus. Lit. oo.
A	b	c	d	e	f	g		
1	8	8	8	8	7	7	7	
2	6	6	6	6	6	6	6	
3	9	9	9	9	9	8	8	
4	8	7	7	7	7	7	7	
5	6	6	6	6	5	5	5	
6	9	9	8	8	8	8	8	
7	7	7	7	7	7	6	6	
8	10	10	10	9	9	9	9	
9	8	8	8	8	8	8	7	
10	7	7	6	6	6	6	6	
11	9	9	9	9	9	9	9	
12	8	8	8	7	7	7	7	
13	6	6	6	6	6	6	5	
14	9	9	9	9	8	8	8	
15	7	7	7	7	7	7	7	
16	6	6	6	5	5	5	5	
17	9	8	8	8	8	8	8	
18	7	7	7	7	6	6	6	
19	10	10	9	9	9	9	9	

Debdomade Interualli

Capitulum septimum.
De festis quinqz mobilibus.

En ex septimanis interualli deme duas
Sic dominica fiet septuagesima nota.
Adiunges his vnam si quadragesimam optas
Ser quadragesime cum pascha petit celebrari
Septimam: ex azimo quinta rogatio currit
His demum binas adde spiritum cole sanctum.

Declaratio. Cum tu festa mobilia quinqz: scilicet Septuagesimam, Quadragesimam, Pascha, Rogationes: atqz Penthecosten inuenire cupis: pre-supposito numero primo septimanarum interualli: ab his duas deme ebdomadas: et ipsa dominica tibi Septuagesimam monstrabit. Si autem Quadragesimam querieris: septimanis interualli vnam adiunge. A quadragesima vsqz ad sanctum pascha ebdomade ser. A festo paschatis ad dominicam Rogationum septimane quinqz. A festo paschatis ad festum ascensionis domini dies. 40. viroqz festo incluso. Ad Penthecosten vero a festo paschatis dies. 50. viroqz pariter festo incluso et id nomen ipsum Penthecoste testari videtur. Penthecostes enim grece quinquagesimus latine dicitur: preterea post festum Penthecostes proxima dominica festum Trinitatis: post quod etiam mox quinta feria festiuitas Corporis Christi celebratur. Aduentus domini semper incipit dominica post festum Lini iuxta metrum illud. Aduentus domini sequitur solennia Lini. Festum autem Lini agitur et 6. die Nouembrii.

Uel Septuagesimam etiam his versibus facile quouis anno inuenies:
qua inuenta reliqua festa mobilia tandem per superiorem doctrinam facile inuenientur.

A festo stelle que fit noua luna require
Tertia lux domini post septuagesima fiet.
Si cadit in lucem domini tunc sume sequentem.

Capitulum octauum.
De forma celi et ordine spherarum.

Rotunda nobilior ex mathematicis datur
Figura: huic similem assumpsit sibi mundus.
Et a quacunqz parte fluxum producat equalem
Duas precipue notas possidet regiones.
Corruptibilem enim distinguit ab eterna
Ecce q̄ pulchre incorruptibilem spheris ornat

Empirreum summam fixe tenet dei sedem
 Nonum simplici cursu colligit alios ei
 Sidus circuit in trigintsex milleq3 girum
 Saturnus spheram annos per triginta reuoluit
 Jupiter duodecim. Mars complet binos annos
 Sol princeps inter alios cursum anni docet
 Venus ac Mercurius tot complent quasi dies
 Infimam luna tenens menslem sibi assumit

C Pro declaratione. Mundus habet figurā dispositam ad modum nobilioris figure que rotundam formam continet vt probant omnes mathematici. Ex eo autem nobilis est: q3 omnium figurarum isoperimetrarum est capacissima: 2 quia mundus multa continet ideo talis figura commoda fuit. Nunc autem diuiditur mundus principali diuisione in duas partes siue regiones scilicet in etheream 2 elementarem. Etherea: que 2 celestis est: 2 a philosophis quinta nuncupatur essentia: habet primo supremum celum videlicet Empirreum: 2 illud immobile est in quo electi cum deo existunt. Deinde primum mobile: quod vt textus satisfiat: nona sphaera appellari potest: quam Neoterici Astronomie obseruatores id scilicet primum mobile decimam velint esse spheram: 2 in spacio diei naturalis motum suum circa terram complet ab oriente in occidentem raptens secum omnes inferiores sphaeras celestes. Octaua succedit sphaera que celum stellatum siue firmamentum recte dicitur: habet enim omnes in se stellas preter quinque planetas 2 duo luminaria: motus eius proprius: vt Pto. refert est ab occidente in orientem. 100. fere annis gradu vno: totumq3 firmamentum motu iam dicto in. 3600. annorum reuoluitur. Subsequitur Saturnus cursum suum complens annis. 30. Jouis debinc reuolutio fit annis. 12. Martis annis duobus. Solis anno vno 2 sic ferme Veneris mercurijq3 circuitus complentur. Lune postremo cursus mense vno siue diebus. 27. horis. 8. determinatur. Planetarum etiam ordo hoc breui versiculo facile memoratur.

Post sim sum sequitur vltima luna subest.

Capitulum nonum. De quatuor elementis.

Terra petens medium inter elementaq3 centrum
 Ad figuram celi spheram ornavitq3 suam
 Non quadratam sed rotundam continet formam
 Stelle in occasum probant tendentes ab ortu

Proxima res maior ea que longe videtur:
Non in stellis apparet vapor nisi resistatur
Conuerfum spbere: circumfcribit concauum aque:
Aquam aer: et ipfum ignis: hec elementa
Que quatuor effentie feu mortalium spbere
A philofophis edoctis probate ac vere

C Pro declaratione. Terra eft in medio firmamenti tanq̃ centrum in cir-
culo equaliter diftans ex omnibus partibus celi in figura rotunda ficut ce-
lum. Et hoc probatur per ftellas: q̃ ex omnibus partibus a nobis in vna
et eandem quantitate videntur: quod non effet fi terra ex vno loco magis
ad celum appropinquaret q̃ ex alio. Sed quod ftelle maioris quantitatis
nobis apparent exiftentes in oriente vel occidente: hoc prouenit propter
medium non deputatum: fed per vapores ekuatos in fiffatum: ficut vena-
rius proiectus in aquam qui maior in ea q̃ extra ipfam apparet. Sic ergo
clare apparet terram effe rotundam et in medio firmamenti locatam: non
quadratam nec planam exiftentem q̃ fic non equaliter ex omnibus parti-
bus influxum reciperet: q̃ angulus qui magis accederet ad firmamentum
influxui magis fubeffet. Sed quod nobis plana videtur eft nimia magni-
tudo eius: quo ad afpectum noftrum: que tamen magnitudo ad firmamen-
tum fiue ad celum nulla eft vel quali minimi puncti ad maximum circulum
q̃ minima ftella in celo multo maior eft q̃ tota terra: exceptis Luna Vene-
re et Mercurio qui minores funt in quantitate q̃ ipfa terra. Sol enim cen-
ties fexagefies fexies (auctore Alfragano differentia. 2. 2.) maior eft tota
terra: et ipfa terra eft frigida et ficca: quam spbera aque circumdat: certa et
indeterminata parte excepta propter conseruationem vite animalium ter-
reftrium: que in aqua viuere nequeunt. Et aqua eft frigida et humida: et
fubtilius elementum q̃ terra. Aer infuper circumdat aquam qui eft calidus
et humidus et fubtilior q̃ aqua. Ignis vltimo fpheram aeris circumf: calidus
et ficcus eft inter omnia elementa fubtilius et nobilius: quaz fpheram Luna
circumfcribit vt prius dictum eft. Et dicuntur quatuor effentie feu mortalium
spbere: q̃ omne compositum ex his vitam acquirens per corruptionem
mortalé ipfaz amittit: ergo et ifte fphere dicunt generabiliu et corruptibiliu.
Planetarū vo et stellarū ingenerabiliu et corruptibiliu fphere probantur.

C Capitulum decimū. De fitu et motu firma-
menti: atq; de equinoctijs et Solfticijs

Mobile continue per binos cardines volat
Supremus ad Aluftrum nobis eterne ocultus
Alter vrfam cufodit arcticus nuncupatus

Lingitur celum choruscationisq3 zona
 Que equat diem ac noctem in horis
 Quam girus animalium per medium secat
Principium arietis ac libe testificantur
Recedit ab equinoctio ad noctem caput cancri
Ad meridiem caper his solsticia dantur
Hec quatuor prescripta cardinalia signa
Ordo signorum talis in celis notatus.
Est aries:taurus:gemini:cancer:leo:virgo:
Libraq3 scorpius:arcitenens:caper:anphora:pisces
Sub quibus erratice necnon fixe notantur
Indies dantes obuiani inuicem aspicientes
Ex quorum continue aura periclitatur.
Nunc tendit ad pluuiam:uentum:aut claritatem.

C Pro declaratione. Primum mobile siue celum nonum continue et regulariter ab oriente in occidentem mouetur super duos polos mundi scilicet arcticum et antarcticum in viginti quatuor horis semel reuolutionem faciens. Arcticus quidem polus est prope extremam stellam in cauda vrsæ minoris: et ille nobis semper apparet et stelle similiter in propinquo secum existentes. Sed antarcticus quasi oppositus arctico est perpetuo nobis occultus: sursum tamen ea pars celi dicitur qua polus ille antarcticus splendet: deorsum vero celi vbi noster est polus arcticus: deinde auctoritate philosophi secundo celi: oriens dextrum occidens vero sinistrum: non quidem sine ratione dici merentur: scq3 meridies ante septentrio retro vocabitur. Ab eisdem polis dictis distat quidam circulus ex omnibus partibus equaliter per. 90. gradus: qui cingulus primi mobilis vel equinoctialis dicitur: quem circulum orbis signorum siue zodiacus in duobus locis secat: scilicet apud principium arietis et principium libe et vna medietas zodiaci tendit versus septentrionem in qua hec signa existunt. Aries. Taurus. Gemini. Cancer. Leo. Virgo. que signa septentrionalia dicuntur: et principium cancri maxime videlicet per. 24. fere gradus ab equinoctiali remouetur: alia vero signa secundum minorem distantiam. Alia autem medietas zodiaci versus meridiem tendit: in qua sunt hec signa. Scorpio. Sagittarius. Capricornus. Aquarius: et Pisces: que meridionalia dicuntur: et tantum principium Capricorni distat versus meridiem quantum principium cancri:

q: simul opponuntur. Dicuntur autem hec quatuor signa cardinalia sicut Aries: Lancer: Libra: Capricornus quasi principalia: q: sol per ingressum ad ea quatuor anni tempora inchoat. Alia vero ex his signis minus principalia dicuntur. Et sub his duodecim signis planete ⁊ stelle fixe ab occidente in orientem moventur: ⁊ indies inter se vario errantium accessu impulsu aut radiozum coniectu extimulantur: auramq: secundum radiozum naturam immutant ⁊ alterant quodammodo sententiam in succulis ⁊ pleiadibus. ⁊c. ouz Luna vel alius planeta accesserit.

Capitulum vndecimum de aspectibus planetarum: et de Eclipsibus Solis et Lune.

Applicationes quinque sunt erraticarum
Prima coniunctio in signo vno ⁊ gradu datur
Sextili per duo signa: quarto per tria distant.
Terno per quatuor oppositi septimum notant
Linea sub Ecliptica solis rota causatur
Quam eccentricus Lune partes ad duas scindit
Intersectio caput altera cauda vocatur
Ad quas sectiones dum Luna iungitur Soli
Obscurat radios Solis conspectui nostro
Erbinc Eclipsim patitur sol: non luce carens
Torus si niger non diceretur vniuersalis
Causat corpus maius terra: Luneq: minus
In his cum Luna plena dat nigredinem ex se
Ambra enim terre radios impedit solares:
At non illuminet si fuerit Luna totalis
Nam caret lumine est ergo mundo vniuersalis

¶ Pro declaratione. Quinque sunt aspectus planetarum. Primus est coniunctio: qui duo planete simul in vno signo ⁊ vno gradu coniunguntur. Secundus est aspectus sextilis quando distantia se invicem per. 60. gradus sine per duo signa. Tertius est aspectus quartus quando a se invicem distant per. 90. gradus: vel per tria signa. Quartus aspectus est trinus: quando a se invicem distant per. 120. gradus: vel per quatuor signa. Quintus autem aspectus siue applicatio est oppositio: fit autem quando a se invicem distant per. 180. gradus: siue per sex integra signa. Est autem sciendum vterius

quod zodiacus secundum latitudinem diuiditur per mediam: que diuidens
 linea ecliptica appellatur: et semper sub ea Sol mouetur. Luna autem sem-
 per est extra eandem lineam nisi cum fuerit cum capite draconis aut cauda
 que duo loca sunt intersectiones duorum dictorum circulozum: scilicet des-
 ferentis Lune et ecliptice. Cū ergo fuerit coniunctio Solis et Lune circa ca-
 put vel caudam: tunc communiter generatur Eclipsis solis. Et hoc taliter:
 quia tunc luna interponitur que est propinquior terre quam Sol: inter aspectum
 nostrum et radios solares. Et talis Eclipsis si fuerit totalis non est totalis
 vel yniuersalis in toto orbe. Et ratio est: quia Sol ex tali eclipsatione non per-
 dit lumen: ergo ad prouincias extremales versus meridiem vel septentrio-
 nem radios suos proficit. Sed cum fuerit eorum oppositio in his locis: tunc
 ut in plurimum Luna eclipsatur: et hoc propter positionem terre inter lu-
 nam et radios solares: quoniam Luna caret lumine proprio: sed id quod ha-
 bet lumen ex Sole recipit: ergo cum aliquod uenerit obstaculum sicut um-
 bra terre tunc necessarium est ipsam eclipsari vel totam vel aliquam eius
 partem et hinc est quod sub ea quantitate qua nobis Luna apparet eclipsa-
 ta sub eadem omnibus alijs regionibus eodemque tempore apparet quod
 in Sole (ut supra dictum est) minime fieri aduertimus.

Capitulum duodecimum De motu Solis

Tur. gre. arietem: stis. o. taurum: pin. ne geminosq;
Bar. ce. cancrum: mar. gar. leone: byp. eu. uirginitate
Lin. crux. libram: col. cal. scorpionem: sagittarius: tin. b. ric.
Al. ma. caprum: ven. di. aquarium: ap. sco. la. pisces
 Sillabe he introitum in signa solis dicunt.

Notum solis alicuius diei si scire cupis.

Numerus a prescripta sillaba gradum monstrat.

C Pro declaratione nota. Motus solis taliter procedit quod omni die
 gradum fere unum pertransit. Et in diebus prescriptarum sillabarum introi-
 tus in signa zodiaci ipsius existit: ita quod in illa sillaba Tur ingreditur Sol
 arietem: et in illa sillaba est in primo gradu arietis. Bre in secundo gradu
 arietis: ri in tertio arietis gradu: et. Et ergo quotiens scire motum Solis
 desideras: considera sillabam precedentem proximam in his metris in di-
 stantia numerali ad sillabam tui diei propositi: et quot intermedie sillabe cū
 dictis fuerit tot gradus signi illius erunt in quo Solem queris. Verbi gra-
 tia. In illa sillaba Nat gor. et. si motum Solis scire cupio: prima sillaba im-
 mediate in metris precedens est eu. circa quam est uirgo: et nat est. 2. s. ab ea:
 ergo ipso die Sol est in. 2. s. gradu uirginis.

Capitalum tredecimum.
De motu Lune.

Li. bi. inat. eta. san. ius. ni. ben. aff. um re. h. kat. mas:

In prescriptis sillabis radix iniciatur

Signi Lune facies initium capit anni.

Numera ad propositam sillabam tue diei

Signa ordinatim a radice iniciando

Aquea tripla: cetera in numerando dupla:

Circulum iterum cum eribant remunerentur.

A christo millesimo quingen natiuitate

Atq; duodecimo: facies prima cancri nota

Radicem ex his declarent anni futuri.

CPro declaratione sciendum. Quod in primo metro ponuntur sillabe ole
rum super quibus radix signi lune inchoatur. Et ab eadem radice inchoan
do primo numerentur sillabe ad aliquem propositam tibi diem: et hoc a pro
xima sillaba que in metro eandem precedit. Habito numero sillabarum in
digitis: numerentur etiam et signa in iuncturis digitorum a radice inchoan
do secundum ordinem eorum: ita tamen q; signa aquea triplentur: sicut **L**a
cer: **S**corpio: et **P**isces: et alia duplentur: et sic numerando in iunctura tui di
giti propositi inuenies signum Lune et utrum sit prima eius facies secunda
aut tertia. Gratia exempli. Anno. 1512. in illa sillaba **crux** cum voluero sci
re motum Lune aspicio ad metrum videlicet ad sillabam que precedit iam
dictam: et ipsa est **um**. Nunc numerabo ab illa sillaba vsq; ad sillabam **crux**:
vt sic **um** **sep** **ba**. et sunt. 11. sillabe: ergo iam in istis iuncturis numera
bo facies signorum: et hoc initium a radice accipiendo. Et quia anno predi
cto prima facies **L**ancri est radix. Nunc ab ea iniciando sic. **L**ancer. **can**. **ca**.
Leo. **leo**. **Virg**. **virg**. **Lib**. **lib**. **Scorp**. **scorp**. ergo in die **L**ucis luna erit in se
cunda facie **S**corpionis. Et radices signorum Lune pro alijs annis taliter
manifestabuntur tibi. Numera sillabas posterioris **D**ecembrii incipiendo
scilicet **Mas**: vt sic. **Mas**: **mo**. **do**: **nat**: **ste**: **ff**: **io**: **pu**: **tho**: **me**: **fil**. **L**i: ipsam slla
bam **Li** primam noui anni includendo: et sunt. 11. Numerabo ergo a ra
dice: anni alicuius propositi. Sic exempli gratia. 1512. vsq; ad sillabam pri
mam anni scilicet **Li**. et venit. 2. facies **S**corpionis que est radix anni. 1513.
Et hoc modo radix anni. 1514. erit. 3. facies **P**iscium: et anni. 1515. pri
ma facies **L**eonis.

Notas Lune his duobus versiculis pensculatus inueniri poterit.

Etatem Lune dupla post addito quinq;

Quinq; dabis signo quo Lune cepit orzgo.

CDeclaratio. In quo signo gradus: Luna noua fiat: ex loco solis die nouilunij per. 1. 2. 2. 1. 4. capitula diligenter querito: debinc etatem Lune id est quot dies sint a nouilunio vsq; ad diem tuum propositum numerato: 2 huc dierum numerum duplato: post duplationem quinq; addito. Considera postremo quotiens quinq; in prefato numero habere possis: tot enim signa luna ipsa a nouilunij signo per ambulauit 2 si que vniates infra scilicet quinarium numerum remanserint: loco cuiusq; vniatis sex in gradibus addere poteris 2 satis commode habebis locum Lune in zodiaco. Exempli gratia volo scire locum Lune ad. 6. diem Februarij Anno. 1512. inueni conjunctionem proxime preteritam. 18. Januarij sole octauum fere gradum aquarij possidente. Etas lune id est a nouilunio vsq; ad diem propositu scilicet. 6. Februarij est. 19. dieru; duplo: 2 erunt. 38. dies quibus addo quinq; 2 erunt. 43. In his habeo octies quinq; ergo luna peragrauit. 8. signa scilicet Aquarium: pisces: arietem: taurum: geminos: cancrum: leonem: virginem: 2 quia remanserunt adhuc tria: addo ter sex in gradibus 2 erit. 18. gradus. Inuenio igitur Lunam. 6. die Februarij circa. 18. gradum libe. Ad hec quid commode negociari liceat: dum Luna in illo vel altero signo reperta fuerit: hec subscripta tabella breuissime aperit: Litera quide; b in ea bonum opus. o. malum. m. mediocre significat.

	Ari.	tau.	ge.	ca.	leo.	vir.	lib.	scor.	sag.	ca.	aq.	pi.
Ad domos alie nas se conferre.	o	b	o	o	b	m	o	b	m	o	b	m
Iter facere.	b	m	o	b	o	m	b	o	m	b	m	m
Emere vel ven- dere.	m	b	o	o	b	m	b	o	b	o	m	b
Medicinas la- xatiuas sumere.	o	o	o	b	o	o	b	b	o	o	b	b
Domos edifi- care.	o	b	o	o	b	m	o	o	m	b	b	m
Balneare.	b	m	o	b	b	o	b	m	b	o	m	b
Sanguine mi- nere.	b	o	o	b	o	o	b	m	b	o	b	b
Crines abstru- dere.	o	o	o	b	o	o	b	o	b	o	m	b
Vestes induere	b	o	o	b	o	m	b	o	b	o	o	b
Seminare 2 plantare.	o	b	o	b	o	b	b	o	o	b	b	m
Laborare p ignem.	b	o	m	o	b	o	m	m	b	m	o	o

¶ Quot horis Luna quavis nocte supra nostram hemispherium luceat:
 hec tabella (etate Lune p̄cognita) facile demonstrat.

Per dies Etas lune.

1	30	0	48
2	29	1	36
3	28	2	24
4	27	3	12
5	26	4	0
6	25	4	48
7	24	5	36
8	23	6	24
9	22	7	12
10	21	8	0
11	20	8	48
12	19	9	36
13	18	10	24
14	17	11	12
15	16	12	0
Sero.	Mane	Doce.	Minute.

¶ Capitulum decimumquartum: de coniunctione
 et oppositione Solis et Lune.

1 2 3 4 5 6
¶ Hod. octo. viginsep. sed. quinqz: vigintria.
 7 8 9 10 11 12 13
¶ Tres. duo. viginunus. decem. viginno. octde. septem.

14 15 16 17 18 19
¶ Viginsef. quind. quatuor. vigindu. vnd. triginta.

¶ Decemnouem numerũ complet aureus tot et hec dictiones

¶ Et harum numerus aureum ciclum manifestat.

¶ Et de sedici numerum in quo luna nouatur

¶ Primo: que et radix anni totius assurgit

¶ Viginnouem tribuas et radici lunaris

Cum horis duode. lunam sequentem habebis:

Dies quindecim adde lunam accipe plenam.

C Pro declaratione nota. **D.** in primis tribus versibus sunt. 19. dictio-
nes: vbi vna queuis numerum alicuius diei mensis Januarij notat: vt nod
significat decimumnonum diem Januarij: octo octauum diez Januarij. 22.
Extenditur autem aureus numerus ad. 19. annos: 7 sic vna queuis dictio
seruit pro aureo numero: vt nod deseruit quando vnum habemus pro au-
reo numero: octo quando duo: viginti sep. quando tria. 22. ostendunt ergo
primam coniunctionem que est in Ianuario. Que est radix ad omnes alias
coniunctiones eiusdem anni. Exempli gratia. Anno. 1517. volo scire con-
iunctionem: aspicio aureum numerum: 7 inuenio. 17. pro aureo numero er-
go decima septima dictio in ordine metri ostendit mihi diē cōiunctionis: 7
est vigintidu. idest vigintiduo. Itē anno saluatoris nostri. 1518. aureus nu-
merus est. 18. ergo decima octaua dictio ostēdet mihi diem prime coniun-
ctionis: 7 est vnd: hoc est vndecima die Ianuarij est prima cōiunctio illius
scilicet anni decimioctauū supra sesquimillesimū. Si autem sequentes con-
iunctiones habere voluero: addo semper ad vnāquāq;. 29. dies: et. 12. ho-
ras. Si vero oppositionem: tunc ad quālibet coniunctionē addo. 15. dies.
Numerum autem dierum fm Lisi o ianus: accipio.

Capitulum quindecimum.

De initijs Mensium.

a d o g b e g c f a d f

Ia: fe: mar: ap: ma: iun: iul: aug: sep: oc: no: de:

A: dan: de: ge: bat: er: ga: ci: fos: a: dri: fer:

Aprilis: Junius: September atqz Nouember

Hij triginta habent vnum reliqui superaddunt

Februarius vigint insuper octoqz dies.

C Pro declaratione. Sillabe in primo versu Initia nominum duodecim
mensium notant: vt ia ianuarium: fe februarium 22. Secundus versus se-
rias ad primum diem cuiusuis mensis: Alij numerant dies quot vnusquis-
q; mensis habet vsualis.

Capitulum sedecimum. De

Kalendis Nonis et Idibus.

Tradens: quando reficis: sedule: refugium: scandis:

Ruffus: tandem: scandere: refutans: sodalem: tondere:

Octo tenet idus mensis generaliter omnis.

CAd inueniendum Kalendas nonas ⁊ Idus cuiuslibet mēsis scire debes. Quod in metris prescriptis. 1. 2. sint dictiones. 1. 2. mensibus anni deservientes: ita q̄ tradens Januario: quando Febuario: ⁊ sic de alijs. In quibus dictionibus debent solum considerari prime due littere primarium duarum syllabarum: ita q̄ prima littera deserviat Kalendis: secunda Nonis: ita scilicet q̄ quot a prima littera in ordine alphabeti fuerit tot talis mensis Kalendas habet sic ⁊ Nonas littera secūde syllabe notat. Sed pro Idibus est vnus modus: q̄ in omnibus mensibus octo. Et ad inueniendum predicta scias. Quod semper prima dies cuiuslibet mensis dicitur Kalende per se. Post hoc sequunt̄ Nones: vt si mensis aliquis habet. 4. Nonas: dicas quatuor nonas: deinde tertio nonas: deinde pridie nonas: ⁊ postmodum dicas nonas per se. Deinde post nonas in oibus mēsis sequunt̄ Idus: ⁊ dicas octavo idus: septimo idus: sexto idus ⁊c. ⁊ vltimo idus p̄ se. Post Idus sequunt̄. Kalende: ⁊ dicas: si mensis aliquid habet. 1. 9. kalendas: decimonono kalendas: decimoctauo kalendas: decimo septimo kalendas: decimo sexto kalendas ⁊c.

CNota ad inueniendum aliquam diem an sit kalende: an none: vel idus: numera primo Lilioianum vsq̄ ad illum diem: postea operare: vt supra dictum est. Item nonas ⁊ Idus sunt illius mēsis in quo stant: sed kalende sunt semper sequentis mensis: ⁊ ab ipso denominantur: nisi kalende per se sunt illius mensis in quo ponuntur.

Capitulum decimum septimum. De iniitijs quatuor temporum anni.

Annum discerne per partes suntq̄ quaterne
Ver petro datur: estas exinde sequetur
Hanc dabit Urbanus: autumnum Simphorianus
Sextum Clementis biemis caput est orientis.

CNota in his versibus secundum regulam vulgariū habentur initia quatuor temporum anni. Ad Astrologorum autem dicta tunc ver initiatum cum solarietem: estas cancerum: autumnus libram: ⁊ hyems capricornum intrat.

CNota. 1. 2. sunt signa: ⁊ illorum tria semper viam quartam partem anni constituunt. Nam Aries: Taurus: Gemini: ver constituunt. Cancer: Virgo Leo Estatem. Libra: Scorpio: Sagittarius Autumnum. Capricornus: Aquarius: Pisces Hyemem. Et be quatuor anni partes quas tunc retinet angaria: id est quatuor ieiunia anni: vt in sequenti dicit capto.

Capitulum decimum octauum et vltimum. De angarijs quatuor temporum.

**Seriam temporum affectant ieiunia quartam
Linerum: et que Luciani: spiritum sequitur crucem.**

C Pro declaratione est sciendum. Quod in quartis feriis proximis post festa prescripta: scilicet post diem exaltationis sancte crucis. Lucie. Linerum: et Penthecostes: ieiunia quatuor temporum ieiunantur. Et si aliquod predictorum festorum ceciderit in quartam seriam: quartam postpone: et ieiunio sequentem. Et ecclesia instruit ieiunia quatuor temporum. Primum in vere ideo: quia sicut tunc omnia virent et florent: ita etiam in nobis virere debent opera virtutum: et supplantari motus carnales: qui tunc magis fortes sunt in homine. Secundum in estate: vt simus vere teruentes in charitate dei. Tertium in autumnio. vt in nobis fructus bonorum operum fructificent. Quartum in hieme ideo quia sicut tunc folia fluunt de arboribus et herbe moriuntur: ita et in nobis moriantur vicia et superfluitates: nobis coadiuante: cui soli peccata dimittere datum est.

C De angariis etiam illi duo richmi memorie commendari solent.
Gulae crux lucia cinerum charismata sancta
Ut sit in angaria quarta sequens feria.

Canon.

E In tabula subsequenti circa vnumquemqz diem mensis duplex numerorum species offertur: prima horas: secunda minuta diurne quantitatis indicat. Sed si quis nocturnam quantitatem habere desiderauerit: prefatos quantitates diurne numeros: de. 24. subtrahat: et relictum nocturnam quantitatem plane ostendit. Porro semidiurni temporis quantitas indicat qua hora Sol occidit: sicut et seminocturnum tempus ortum Solis declarat.

Tabula de longitudine dierū no

ctiumq3 de tempore ortus ocasusue Solis
pro latitudine graduum. 48. dili
gentissime supputata.

Ianuarius.		Februarius.		Marsius.		Aprilis.	
Dies	bo. mi.	Dies	bo. mi.	Dies	bo. mi.	Dies	bo. mi.
Li	8 45	Bri	9 47	Mar	11 28	Al	13 14
fi	8 28	pur	9 51	ci	11 31	pril	13 57
o	8 30	blas	9 56	Kun	11 34	in	13 20
ia	8 32	us	9 59	ad	11 38	am	13 24
nua	8 34	ag	10 0	ri	11 42	bro	13 27
ep	8 36	voz	10 6	an	11 46	fi	13 30
yal	8 38	fe	10 10	per	11 50	l	13 34
er	8 40	bru	10 13	de	11 54	vest	13 37
bard	8 43	ap	10 16	co	11 57	ies	13 40
Uen	8 46	fo	10 19	ra	12 0	o	13 44
ot	8 48	las	10 22	tur	12 3	vat	13 47
cat	8 50	ti	10 26	gre	12 6	at	13 50
oc	8 52	ca	10 29	go	12 10	q3	13 54
se	8 54	ya	10 32	ri	12 14	Al	13 57
li	8 57	lent	10 36	o	12 18	bur	13 59
mar	9 0	iu	10 39	cir	12 22	ti	14 1
an	9 2	li	10 42	ger	12 25	z	14 4
prif	9 4	con	10 46	trud	12 29	ya	14 7
ca	9 7	iun	10 49	al	12 32	ler	14 10
fab	9 19	ge	10 52	ba	12 35	fan	14 14
ag	9 13	tunc	10 56	be	12 38	cti	14 17
vin	9 15	pe	11 0	ne	12 42	quo	14 20
ren	9 18	trum	11 4	iunc	12 45	q3	14 24
ti	9 21	mat	11 8	ta	12 49	Se	14 27
pan	9 24	tbi	11 11	ma	12 52	Mar	14 30
po	9 26	am	11 14	ri	12 56	ci	14 34
no	9 29	in	11 18	a	13 0	q3	14 37
bi	9 32	de	11 25	ge	13 4	vi	14 40
le	9 36			ni	13 7	ta	14 42
lu	9 39			tri	13 10	lis	14 45
men	9 42			ce	13 14		

Tabula quantitatis dierum pro latitudine graduum. 48.

Maius.

Iunius.

Julius.


Augustus.

Dies bo. mi.		Dies bo. mi.		Dies bo. mi.		Dies bo. mi.	
Phil	14 48	Nic	15 46	Jul	15 36	De	14 24
fig	14 50	mar	15 47	pro	15 35	Steph	14 21
crux	14 52	er	15 48	cess	15 33	Steph	14 18
Roz	14 55	as	15 49	Ud	15 32	proth	14 16
got	14 58	bo	15 50	al	15 30	of	14 14
Jo	15 0	ni	15 50	oc	15 28	fixt	14 11
an	15 3	fat	15 51	vil	15 26	aff	14 7
la	15 6	iun	15 51	ki	15 25	ci	14 4
tin	15 7	pr	15 52	li	15 23	ro	14 0
ne	15 9	mi	15 52	fra	15 21	Zau	13 57
pi	15 11	bar	15 52	ben	15 20	ti	13 54
ne	15 12	ce	15 52	mar	15 17	bar	13 51
ser	15 14	ri	15 52	bain	15 14	byp	13 47
z	15 17	ni	15 52	ri	15 12	eu	13 44
soyb	15 20	vt	15 52	ap	15 10	Sump	13 41
ma	15 22	te	15 51	post	15 8	ti	13 37
iua	15 24	qz	15 51	al	15 6	o	13 34
in	15 26	mar	15 50	ar	15 3	a	13 31
bac	15 28	pro	15 50	nol	14 0	ga	13 27
le	15 30	thas	15 49	phus	14 58	bern	13 24
ri	15 32	alb	15 49	bzar	14 56	bar	13 21
e	15 33	acb	15 48	mag	14 53	ti	13 17
te	15 35	a	15 47	ap	14 50	mo	13 14
net	15 36	Jo	15 45	crif	14 48	Bar	13 11
Ur	15 37	an	15 44	Jac	14 45	tho	13 7
ba	15 39	Jo	15 43	an	14 42	lo	13 4
ni	15 40	doz	15 41	mar	14 39	ruff	13 0
pe	15 41	le	15 40	pau	14 36	Aug	12 56
de	15 42	Pe	15 38	fin	14 34	col	12 52
crif	15 43	pau	15 37	ab	14 31	auc	12 49
pe	15 44			don	14 27	ti	12 45

Tabula quantitatis dierum pro latitudine graduum. 48.

September.			October.			November.			December.		
Dies	ho.	mi.	Dies	ho.	mi.	Dies	ho.	mi.	Dies	ho.	mi.
A	12	42	Re	10	0	Om	9	18	De	8	14
gl	12	39	mi	10	56	ne	9	15	cem	8	13
di	12	36	q	10	53	no	9	12	ber	8	12
um	12	34	Fran	10	49	nem	9	19	bar	8	12
sep	12	32	dis	10	46	ber	9	8	ba	8	11
ba	12	29	ci	10	43	le	9	5	Ni	8	10
bet	12	26	mar	10	40	on	9	2	col	8	9
nat	12	22	cus	10	36	qua	9	0	Lon	8	9
gor	12	18	di	10	33	tbe	8	57	cep	8	8
gon	12	14	ge	10	30	o	8	54	z	8	8
pro	12	10	ar	10	26	mar	8	52	al	8	8
tbi	12	7	te	10	23	tin	8	50	ma	8	8
q	12	3	col	10	20	bzic	8	48	Lu	8	8
Trux	12	0	ca	10	16	ti	8	44	ci	8	8
nic	11	57	lic	10	13	us	8	40	a	8	8
eu	11	53	gal	10	10	ot	8	38	san	8	8
lam	11	50	le	10	6	post	8	36	ctus	8	9
per	11	46	lu	10	3	hec	8	34	ab	8	10
ri	11	42	ras	9	0	e	8	32	in	8	10
q	11	38	vel	9	56	li	8	30	de	8	11
matb	11	35	vnd	9	53	pre	8	28	Tho	8	12
mau	11	31	se	9	50	ce	8	26	mas	8	13
ri	11	28	ue	9	46	de	8	25	mo	8	15
ru	11	25	ri	9	43	crif	8	24	do	8	16
per	11	22	crif	9	40	Lath	8	22	Nar	8	17
vir	11	18	san	9	36	con	8	21	steph	8	19
oam	11	15	ti	9	33	ra	8	20	Jo	8	20
ventz	11	11	Si	9	30	oi	8	18	pu	8	22
Mich	11	8	mo	9	26	fat	8	17	tho	8	24
ter	11	5	nis	9	23	An	8	16	me	8	26
			volf	9	20				fil	8	28

Venetijs in Edibus Petri Liechtenstein
Anno virginiei partus. 1519.



List of names of persons residing in the town of ...

September		October		November		December	
Day	Name	Day	Name	Day	Name	Day	Name
1	...	1	...	1	...	1	...
2	...	2	...	2	...	2	...
3	...	3	...	3	...	3	...
4	...	4	...	4	...	4	...
5	...	5	...	5	...	5	...
6	...	6	...	6	...	6	...
7	...	7	...	7	...	7	...
8	...	8	...	8	...	8	...
9	...	9	...	9	...	9	...
10	...	10	...	10	...	10	...
11	...	11	...	11	...	11	...
12	...	12	...	12	...	12	...
13	...	13	...	13	...	13	...
14	...	14	...	14	...	14	...
15	...	15	...	15	...	15	...
16	...	16	...	16	...	16	...
17	...	17	...	17	...	17	...
18	...	18	...	18	...	18	...
19	...	19	...	19	...	19	...
20	...	20	...	20	...	20	...
21	...	21	...	21	...	21	...
22	...	22	...	22	...	22	...
23	...	23	...	23	...	23	...
24	...	24	...	24	...	24	...
25	...	25	...	25	...	25	...
26	...	26	...	26	...	26	...
27	...	27	...	27	...	27	...
28	...	28	...	28	...	28	...
29	...	29	...	29	...	29	...
30	...	30	...	30	...	30	...
31	...	31	...	31	...	31	...

Continued on next page



©1917 BY LA
UMCS
LUBLIN

Astronomia

1. univ.

2. Lips

I 71

